Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in fluuium mergeret. Siluin' autem resi dens in foro ciuitatis cum multitudi ne paganorum dixit. Melius est ut ad mare decolletur ne reuiuiscat. quia deus eorum multas uirtutes ostendit. Illi dixerunt. Ita fiat sicut precepisti. Tunc iussit ut nunciaret eis qui ducebant eum. Currens autem unus ex officio clamabat post eos dicens. Hoc preceptum est uobis. ut in gradu ad mare ibidem decolletur. Et uenerunt in gradu arnense. et exierunt rypam fluminis. Sanctus torpes dixit. Domine deus meus, suscipe spiritum meum. Nichil aliud dixit. nisi oculos leuauit in celum. et sic decollatus est. Minister autem inuenerunt nauiculam modicam foris. quia nullam utilitatem nullam facere poterat. miserunt in eam corpus iusti. et canem et gallum cum eo. et in aqua decurrente dimiserunt. et tam diu ibi steterunt. dum eam non uideret. Tunc ministri ciuitatem regressi iudicantes qualiter corpus perdi dissent. Tunc angelus domini deduxit eum in portum sinos ad litora. adhuc modice ad mare conturbatur nauis. Canis factus est quasi uigilans ad corpus. gallus uero indicans. Tunc exiens angelus domini per noctem uenit ad quandam matronam senatricem nomine celerinam. et dixit ei. Celerina surge diluculo et uade ad litus maris. in portum sinos sepeli corpus iusti nomine torpes. Omnia uero quecumque petieris a domino habebis. Senatrix uero quasi uigilans audiuit angelum loquentem sibi. exiliens a sompno. residens in grabatto suo. territa cum lacrimis dixit. Gratias tibi ago domine deus meus. quia dignatus es mittere angelum tuum ad commonendam ancillam tuam. Domine deus meus comple desiderium meum. Alia autem die senatrix colligens multitudinem sacerdotum et innumerabilem populum. ieiunantes ut ambularet cum omni ueneratione ad mare et dum quereret corpus non inueniebat. Tunc senatrix dum plus litus ambularet cum lacrimis respiciens in celum dixit. Domine deus uirtutum ostende nobis mirabilia tua. ut ancilla tua letetur in te. et ostende mihi ut uideam quod audiui ab angelo tuo. Et dum complesset orationem facere eadem hora ille gallus cantauit. et ipse indicauit eum. et secus scopulum inuenerunt corpus et nauem et canem et gallum cum eo. Videntes sacerdotes ut populi. admirati sunt omnes plorantes et dicentes. Vere iustus et dei seruus est iste. qui sic meruit ut cum tali fragmento uenit nauis ad litus peruenire. Tunc leuauerunt corpus inuoluentes lintheaminibus mundis. et cum magna leticia deduxerunt eum gaudentes. in locum ubi deo placuit in portum qui cognominatur synos. Senatrix uero condiuit cum aromatibus corpus. et cum omni diligenti honore deposuerunt in loculum. Et eadem hora et canis et gallus nusquam comparuerunt. Vbi et ipsa celerina medietatem hy spatiue impetrauerat. Tunc edificauit ecclesiam magnitudinis mire fundatam cancellis et cymbro auro refulgentem. et in eadem die in qua fabricae officia in omnem plenitudinem persoluentes multi egroti salui facti sunt. orantes ad corpus et temti a spiritu